Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35485
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

35 sicut videtur dicere quod si non possunt
haberi plures sufficit quod unus tamen mini-
stret ita tamen quod unus dicat in unguendo
dominus vobiscum et si aliquis presbiter inceperit vnc-
tionem et presbiter moriatur vel impediatur alius
presbiter debet perficere illud quod remanet
perficiendum

Effectus istius sacramenti
est iste sicut enim est infirmi-
tas corporalis ita similiter
dicitur esse infirmitas spiritualis In infir-
mitate autem corporali sicut est quod post-
quam aliquis curatus ab infirmitate
adhuc remanet in eo aliqua
debilitas corporalis proveniens ex prece-
dente infirmitate Ideo indiget du-
plici medicina una que sit ex-
tinctiva sanativa seu expulsiva
et alia que sit debilitatis que re-
manet in eo reparativa Ita etiam
est spiritualiter infirmitas spiritualis est pecca-
tum unde propheta inquit peccatorum misere-
re mei domine quoniam infirmus sum
sana me domine Medicina sana-
tiva huius infirmitatis est penitentia sed postquam
homo sanatus est ab infirmitate ista
adhuc remanet in eo quedam
spiritualis infirmitas et debilitas
et contra istam debilitatem ordinatur
istud sacramentum Unde effectus huius sa-
cramenti est sanatio huius spiritualis de-
bilitatis Est et alius effectus quia
peccata venialia et modica peccata
oblita remittuntur et gratiam habitam au-
get vel novam confert Et istud in-
telligo si digne susceperit Est
et alius effectus quia si sit expe-
diens anime suscipientis sanitatem corporis

vel sibi restituitur virtute huius sacramenti pro-
bant autem ista omnia per auctoritatem
inductam Infirmatur quis ex vo-
bis Inducat presbiteros ecclesie et orent
pro eo ungentes eum oleo sancto et
allevabit eum dominus a languoribus
suis et si in peccatis est dimittetur ei

Expedita et auctoritate colligitur
quod istud sacramentum non debet dari
nisi infirmis quia dicitur infirmatur
quis et ideo non debet dari com-
bustis infirmis sed illis qui
sunt in periculo mortis et sunt propin-
qui morti qui tamen discretionem
peterent istud sacramentum petito et pro-
sunt secreti Tamen ideo istud sa-
cramentum non igitur debet dari in-
cantibus vel illis qui sunt parati ad
certandum huius vite terminum

Ista percepta materia me-
dicina applicatur parti
que patet Ideo materia peccati percepta
per priorem istud sacramentum quod est me-
dicina confortativa ut dictum est contra de-
bilitatem a peccato derelictam et debet
applicari membris que sunt organa
magis propter que morbus peccati in-
trat unde in isto sacramento unguntur
oculi aures os nares manus pe-
des et renes ita quod ad oculos dicatur
per istam unctionem factam et suam
piissimam misericordiam indulgeat tibi deus
quicquid peccasti per visum et sic deinceps adaptan-
tes pars dicendum ad os per gustum ad ma-
nus per tactum ad pedes per gressum ad
renes per ardorem libidinis permutte-
do in singulis per istam sanctam unctionem